

que animi fluctuantis, non ab  
accusationis solum severitate  
abstinuit; sed & omni sinistra  
suspensione judicióque animum  
continuit justissimus Joseph:  
Inijt tamen consiliũ de occulta  
dimissione, uxorisq; prægnan-  
tis divortio, quæ dimissio licita  
fuiſſet, quia occulta, & absque  
scandalo teste S. Augustino  
serm. 18. de tempore. Obser-  
vavit interim Virgo Josephum  
conjugem turbari, *altissimisq;*  
cogitationibus immerſum: ta-  
cuit tamen. Noverat illum de  
angelica missione, de altissimo  
illo incarnationis mysterio nil  
ſcire: tacuit tamen & confidit.  
Sufanna cum innocens ducere-  
tur, flens suspexit in Cœlum:  
erat enim cor ejus fiduciam ha-  
bens